



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Secundo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

& sigillo alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio po-
nalis.

§. 70. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Decreti, diffinitionis, mandati, statuti, concessionis, elargitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Edit. 12. Apr.
1671.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, Pridie Idus Aprilis, Pontificatus Nostri Anno primo.

† Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Franciscus Episcopus. Ostien. Card. Barberinus S. R. E. Vice-Cancellarius.

† Ego F. M. Episcopus Portuen. Card. Brancatius.

† Ego Uldericus Episcopus Tusculanus Card. Carpinus.

†

† Ego Virginus Episcopus Albanensis Cardinalis Ursinus.

†

† Ego Cæsar Presbyter Card. Fachennus.

†

† N. Tituli S. Mariæ Transtiberim Cardin. Ludovisus.

† Ego Alderanus tit. S. Prædix Presbyter. Cardin. Cybo.

† Ego Fridericus tit. S. Petri ad Vincula Presbyter. Card. Sfortia.

† Ego Benedictus tit. S. Honuphrii Presbyter. Card. Odescalus.

†

† Ego Aloysius tit. S. Alexii Presbyter. Cardinalis Homodeus.

† Ego P. tit. S. Marci Presb. Card. Otthobonus.

† Ego Laurentius tit. S. Chrisogoni Cardin. Imperialis.

† Ego Marcellus tit. S. Stephani in Monte Cælio Preb. Card. Santacrucius.

† Ego Jo. Baptista tit. S. Marcelli Presbyter. Card. Spada.

† Ego Franc. tit. SS. Quatuor Coronator. Cardin. Albinius.

† Ego Octavius tit. S. Cæcilie Presbyter. Card. de Aquaviva, & Aragonia.

† Ego Carolus tit. Sanctæ Priscæ Presbyter. Cardin. Pius.

† Ego Carolus tit. S. Eusebii Presbyter. Cardinalis Gualterius.

† Ego Flavius tit. S. Mariæ de Populo Presb. Card. Chisus.

†

† Ego Jacobus tit. S. Pancratii Presbyter. Cardinalis Franzonus.

†

† Ego Petrus tit. Sancti Callixti Presbyter. Cardinalis Vidonus.

† Ego Franciscus Maria tit. S. Matthæi Presbyter Cardinalis Mancinus.

†

† Ego Nerius tit. SS. Nerei, & Achillei Cardin. Corsinus.

† Ego Carolus tit. S. Anastasiæ Presbyter. Cardinalis Bonellus.

†

† Ego Carolus tit. S. Sufannæ Presbyter. Cardinalis Carassa.

† Ego P. tit. SS. XII. Apostolorum Presbyter. Card. de Alveris S. R. E. Camerarius.

† Ego Cæsar tit. S. Jo: ante Portam Latinam Presbyter. Card. Rasponus.

†

† Ego Jacobus tit. S. Mariæ de Pace Presb. Cardin. Ninius.

† Ego Julius tit. S. Martini in Montibus Presbyter. Cardin. Spinula.

† Ego Carolus tit. S. Mariæ de Araceli Presbyter Card. Robertus Vitor.

†

† Ego Jacobus tit. S. Sixti Presbyter. Cardinalis Rospirosus.

† Ego Ludovicus tit. S. Sabina Presbyter Cardin. Portocarrerus.

†

† Ego Joannes tit. S. Bernardi Presbyter. Cardinalis Bona.

† Ego Federicus tit. S. Augustini Presbyter Cardin. Borromeus.

† Ego Camillus tit. S. Mariæ Dominica Presbyter Card. Maximus.

† Ego Gaspar tit. S. Pudentianæ Presbyter Cardin. Carpinus.

†

† Ego Fridericus tit. S. Nicolai in Carcere Diac. Card. Hassia.

†

† Ego Carolus Sancti Casareï Diacon. Card. Barberinus.

† Ego Decius Sancti Eustachii Diacon. Cardinalis Azzolinus.

† Ego Paulus tit. S. Nicolai Diac. Cardinalis Sabelus.

†

† Ego Sigismundus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Chisus.

†

I. G. Slufius.

Visa de Curia S. de Pilastris.

Loco † Plumbi,

D. Ciampinus!

Registrat. in Secretaria Brevium.

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

†

Indulgentia Plenaria perpetua pro visitantibus Ecclesias Fratrum, & Monialium Ordinis S. Dominici, tam erectas, quam erigendas ubicumque locorum in Festis SS. Ludovici Bertrandi die 10. Octob., & Rosæ de S. Maria die 30. Augusti.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum sectatores altis decoravit honoribus, & cælestis beatitudinis confortes effecit, vices, licet immeriti, gerentes in Terris, spiritualium munerum Thesauros, quorum nobis credita est dispensatio, libenter erogamus, sicut ad excitandam, & fovendam erga eisdem Beatos Cæli incolas fidelium devotionem, salubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Cum itaque Nos nuper ad honorem Sanctissimæ, & individua Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ fidei, & Christianæ Religionis incrementum, de Venerabilium fratrum nostro-

XIX.
Die 15. Maji
1671. An. 2.

Nunc pri-
mum impres-
sum.

Exordium.

Canonizatio
SS. Ludovici
Bertrandi, &
Rosæ de S.
Maria Ordin.
Prædicat.

Perpetuis
futuris tem-
poribus die
10. Octob. &
30. Augusti.

Transumpto-
rum fides.

Edit. 15. Maji
1671.

XX.
Die 10. Julii
1671. An. 2.

Nunc pri-
mum edita.

Exordium.

Motivum hu-
jus Indulci.

rum S. R. E. Cardinalium, ac Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, in Alma Urbe nostra tunc existentium consilio, Beatum Ludovicum Bertrandum Ordinis Prædicatorum professorem, & Beatam Rosam de S. Maria Virginem Limanam Tertii Ordinis S. Dominici auctoritate Nobis a Domino tradita Sanctos esse decreverimus, & definiverimus, illosque Sanctorum Catalogo solemniter Ritu adscripsimus: Hinc est quod Nos ad augendam Fidelium Religionem, & animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ Theauris pia charitate intenti, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus & singulis utriusque sexus Christianis vere poenitentibus, & confessis, ac Sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Conventuum, Monasteriorum, & Domorum Regularium tam Fratrum, quam Monialium Ordinis prædicti hætenus erectis, & in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, diebus festis eorundem Sanctorum Ludovici Bertrandi, & Rosæ de S. Maria, nempe S. Ludovici quidem die 10. Octobris, S. Rosæ vero dies 30. Augusti a primis Vesperis usque ad occasum Solis festorum hujusmodi, annis singulis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæreticorum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 2. Volumus autem ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die 15. Maji 1671. Pontificatus nostri Anno secundo.

I. G. Slufius.

Registrata in Secr. Brevium lib. 2. diversor. fol. 692.

Indultum pro Patribus Congregationis Missionis, ut illius Presbyteri, aliorum ipsius Congregationis iter cum ipsis agentium confessiones audire possint, & Generalis in singulis Domibus deputare valeat Confessarios cum facultate aperiendi, & exequendi literas Pœnitentiariæ Apostolicæ.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolici muneris, quod inscrutabilis Divinæ sapientiæ, atque clementiæ altitudo humilitati nostræ imponere dignata est, ratio nos admonet, ut paternam Congregationum virorum in Ecclesia Dei uberes bonorum operum fructus aspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentium, curam peculiari studio gerentes, illas quo laudabilia earum Instituta cum majori spiritali consolatione, uberiorique animarum fructu profèqui valeant, Apostolicis favoribus, & gratiis decoremus.

§. 1. Exponi liquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Renatus Almeras Superior Generalis Congregationis Missionis, quod cum ipse Sacerdotes, aliosque dictæ Congregationis Missionum obcondarum, aliisque de causis in varias

partes, ex officii sui debito mittat, frequenter contingit ut illi per Dioceses transeant, in quibus ad confessiones audiendas approbati non sunt, & proinde non audent sibi invicem peccata sua sacramentaliter confiteri, tamen multi Theologi existimant id eis licere vigore quarundam fel. rec. Alexandri PP. VII. prædecessoris nostri in simili forma Brevis literarum, per quas à Jurisdictione Ordinariarum in iis, quæ ad Disciplinam domesticam spectant, eximuntur: quam tamen opinionem, abundantioris cautelæ gratia, sequi hætenus noluerunt, sed in ejusmodi occasionibus peccata sua Confessariis, in locis per quæ transibant approbatis, confessi sunt.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, Presbyteris, aliisque præfatis non solum commodius, sed etiam eorum animabus utilius futurum sit, si in itinere personis per eorum Superiores deputatis, ac Instituti præfate Congregationis peritis peccata sua confiteri valeant:

§. 3. Et persæpe eveniat, ut in Missionibus, aliisque functionibus, quibus Presbyteri Congregationis præfate juxta eorum Institutum incumbunt, eis offerantur casus, in quibus oporteat literas a Pœnitentiariæ Apostolicæ officio obtinere, ejusmodi vero literæ inutiles interdum remaneant, propter defectum personarum, quæ illas aperire, & executioni mandare valeant, nec ejusmodi defectum supplere possint Presbyteri præfati, quippe, qui licet Sacræ Theologiæ, tam moralis, quam speculativæ studiis operam sedulo navent, nullum tamen gradum scholasticum suscipere consueverunt: Nobis propterea d. Renatus Superior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur piis ejusdem Renati Superioris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, quibuscumque Congregationis præfate Presbyteris, qui tamen in Diocesis ubi residere soliti sint, seu unde discesserint, ad confessiones audiendas approbati reperiantur, ut Sacramentales quorumvis aliorum ejusdem Congregationis una cum ipsis iter pro tempore agentium confessiones, tamen in illis Diocesis, in quibus iter agendo reperirentur, approbati non fuerint, audire, illosque à peccatis suis pœnitentiæ salutari, & aliis, quæ fuerint injungenda, eis injunctis, absolvere libere, licite, & valide possint auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 5. Præterea memorato Renato moderno, ejusque successoribus Superioribus Generalibus Congregationis præfate per se, vel per alios sibi subordinatos ejusdem Congregationis Superiores certum in unaquaque ipsius Congregationis Domino (prout expedire in Domino judicaverint) numerum Presbyterorum d. Congregationis, integritate, pietate, doctrina, & prudentia conspicuorum, qui dummodo ab Ordinariis Locorum ad confessiones audiendas approbati fuerint, literas per præfatum Pœnitentiariæ Apostolicæ officium pro tempore expeditas aperire, ac illas servata ceteroquæ earum forma, & dispositione, exequi libere pariter, & licite valeant in omnibus, & per omnia perinde ac si Magisterii, vel Doctoratus, aliosve gradus, quos

A'terum si-
mile moti-
vum.

Preces Super-
ioris Gene-
ralis.

Absolutio a
Censuris.

Presbyteri
Congrega-
tionis Missio-
nis aliorum
ejusdem Cong-
regationis
cum eis iter
agentium
ubique loco-
rum confes-
siones exci-
pere possunt,
si unde dis-
cesserint ad
confessiones
audiendas,
fuerint ap-
probati.

Superior Ge-
neralis five
per se, five
per alium si-
bi subjectum
in qualibet
Domus d.
Congrega-
tionis ex
Confessariis
jam approba-
tis certum
numerum
deputare va-
let cum fa-
haben-

1671.
cultate aper-
riendi, &
exequendi li-
teras Pœni-
tentiarie
Apost.

Decretum
irritans.

Contrarius
derogat.

Transumptio-
rum fides.

Edict. 10. Julii
1671.

XXI.
20. Septemb.
1671. An. 2.

Nunc primū
impressa.

Exordium ab
amplandis
gratiis erga
benemeritos
de S. Sede.

Paulus V. mo-
tu proprio
erexit Mon-
tem non va-
cabilem Ur-
sinum tertie
Erectionis ad
favorem Vir-
ginii Ursini
Brachiani
Ducis, super
caltris Cer-
veteris, &
Galerie pro-
uc in rubrica.

habentibus Confessariis literæ ipsæ directæ fuerint, suscepisse reperirentur, dicta auctoritate designandi, ac eligendi, & deputandi quamcumque necessariam, & opportunam facultatem, & licentiam auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & impertimur.

§. 6. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstant. Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii dictæ Congregationis subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, seu Superioris Generalis ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Julii 1671. Pontificatus nostri anno Secundo.

I. G. Slusius.

Registrata in Secr. Brevium in lib. mensis Julii par. 2. fol. 266.

Erectio Montis non vacabilis Ursini Quintæ Erectionis, cum amplissimis gratiis, & Privilegiis favore Montistarum, & Montis Depositario-
rum.

CLEMENS PAPA X.

Motu proprio, &c.

Romanum decet Pontificem gratias personis de se, ac S. Sede Apostolica benemeritis alias concessas, prout occasio, vel necessitas exposulat ampliare, & super eis disponere, prout salubriter in Domino conspicit expedire.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Paulus PP. V. prædecessor noster per suam motu proprio cedulam sub datam 7. Idus Septembris anno sui Pontificatus octavo, Montem non vacabilem Ursinum Tertie Erectionis nuncupatum locorum, seu portionum quatuor millium, redditus vero annui scutorum quinque monetæ pro quolibet loco ad favorem, & pro commodo Virginii Ursini tunc Brachiani Ducis super Caltris Cerveteris, & Galerie Portuen. Diocesis, illorumque Territoriis, Tenimentis, Agris, Agrorum culturis, Molendinis, Ferreriis, aliisque membris, pertinentiis, & juribus quibuscumque, ac eorum redditibus, & fructibus annuis ad scuta triginta quinque millia monetæ annuatim circiter ascenden. cum assignatione annuorum scutorum viginti millium monetæ pro fructibus dictorum locorum quatuor millium, ac assignationi prædicti dismembratione à Ducatu Brachiani, donec Mons ipse duraret, erexit, ac instituit cum amplissima derogatione,

& respective translatione quarumcumque obligationum realium, & personalium; hypothecarum, investiturarum, Concessionum, Ordinationum, Legatorum, Fideicommissorum, Primogeniturarum, aut alienandi, obligandi, seu hypothecandi prohibitionum per quoscumque dicti Virginii Ursini Ducis Antecessores; five etiam transversales, vel extraneos; ac forsitan per Romanos Pontifices prædecessores nostros tam in contractibus, concessionibus, & constitutionibus; quam in ultimis voluntatibus; codicillis; & aliis quibuscumque dispositionibus quomodolibet purificatis, & purificandis factarum, appositarum, & confirmatarum; nehon etiam cum liberatione prædictorum bonorum, & jurium à quacumque caducitate; devolutione, aut quavis alia pœna ad quarumvis personarum, & pupillorum, & Viduarum; & aliarum quarumvis privilegiatarum, aut Monasteriorum, Collegiorum, & aliorum piorum locorum favorem, & sub quibusvis clausulis, & vinculis, cautelis, etiam si bona prædicta ex quocumque capite, aut quavis de causa, vel alias quomodolibet ex causa Dotium, five alimentorum, vel alterius causæ quantumlibet privilegiatæ gravata, & onerata essent, vel forent, prout latius in præcitata Motus proprii cedula continetur.

§. 2. Deinde vero idem Paulus prædecessor alio simili motu proprio sub datam Kal. Octobris anno sui Pontificatus XIII. alia loca 1350. pro extinctione Montis Viani super fructibus Castrorum Viani, Orioli, ac Tenutarum Rotæ, & Ischiæ, Viterbien. Diocesis, aliaque Loca quingenta super Castro Cessani, illiusque Tenuis, & præsertim Pofi Portuen. Diocesis, vigore sui motus proprii septimo Idus Septembris anno XV., & postremo similis memoriæ Gregorius XV. etiam prædecessor noster per suam motu proprio cedulam Kal. Junii an. Pontificat. I. signatam, alia loca duo millia quingenta ante dicto Monti Ursino, Tert. Erect. respective ediderunt, crearunt, & instituerunt, & pro ultimo dictorum locorum duorum millium quingentorum congrua dote, annisque fructibus Civitatem Brachiani, Castrum Montis Rani, Villam Montis Virginei, & Tenutam, seu Casale Juliani nuncupat. Portuen., & Sutrinen. respective Diocesis, cum illorum Territoriis, Tenimentis, Agris, Agrorum cultura, Molendinis, Ferreriis, Fabricis, aliisque membris, & pertinentiis quibuscumque in totum, & illorum responsionibus, & assibus annuatim reddend. summam scutorum sexdecim millium monetæ de Julii decem pro quolibet scuto, tunc ad Paulum Jordanum Ursinum Brachiani Ducem, pro cujus commodo eadem additio facta fuit respective, spectan., & per eum pacifice possessio assignavit, & specialiter applicavit, & prout latius in singulis præcitatis motuum propriorum Erectionis, & additionum præmissarum cedulis continetur; Mons vero prædictus prout accepimus attentis pluribus extractionibus in ipso hæcenus factis repariatur ad præsens in summa, & quantitate locorum duorum millium trecentorum viginti septem cum uno tertio tantum.

§. 3. Nos volentes Dilectum filium nobilem virum Flavium Ursinum modernum Brachiani Ducem à majoribus suis non degenerem, & caput familiæ Ursinæ inter omnes alias de Sede Apostolica benemeritæ, aliquo speciali prosequi favore, eidemque super gravi are alieno, quo premitur opportunum levamen afferre, habentes hic pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis, omnes, & singulas motuum propriorum cedulas super Erectione dicti Montis, ejusque prænaratis additionibus emanatas non ad ipsius Flavii Ducis, seu alterius pro eo desuper oblata petitionis instantiam, sed ex mera nostra scien-

Deinde dict. Paulus V. & Gregor. XV. alia loca 2500. d. Monti Ursino tertie Erectionis crearunt, & instituerunt prout in rubrica.

Pontifex motu proprio confirmat d. erectiones, & alium Montem Ursinum quintæ Erectionis, creat favore Flavii Ursini prout in rubrica.

tial, maturaque deliberatione, ac de Apostolica nobis attributa potestate plenitudine, ut idem Dux minori, quo fieri possit interfusio pecunias reperire, illisque mediantibus, conditionem suam meliorem reddere valeat, unum Montem Ursinum Quintae Erect. nuncupandum a Kalen. Mensis Septembris presentis anni 1671. inchoan. scutorum trecentorum millium moneta Juliorum decem pro quolibet scuto, & sic Locorum, seu portionum trium millium resignabilium ad instar aliorum Montium non vacabilium Romanæ Curia scutorum centum moneta pro quolibet loco, & portione computatis, quorum fructus iis, qui d. Ducis Flavii fidem sequuti, in eodem Monte pecunias collocaverint de bimestri in bimestre solven. ad rationem scutorum quatuor moneta pro quolibet Loco, seu centenario, & anno, sint, esseque debeant constituti, & assignati super infracriptorum bonorum per ipsum Ducem Flavium possessorem, scilicet Civitatis Brachiani annui fructus scutorum 12. m. simillium, ac Catri Cerveteris in districtu Almae Urbis nostrae respective possit, & existen. annui fructus scutorum 25. millium introitibus, redditibus, fructibus, proventibus, juribus, obventionibus, ac emolumentis universis certis, incertis, ordinariis, & extraordinariis presentibus, & futuris ad scuta 25. mill. moneta, & ultra, ut asseritur ascendentibus, Apostolica auctoritate tenore presentium creamus, erigimus, & instituiamus, & ex dd. redditibus annuam summam scutorum duodecim millium moneta ab omni onere prorsus liberam, immunem, & exemptam annuam dividimus, & separamus, illamque sic divisam, & separatam eidem Monti, & illius locorum futuris emptoribus applicamus, & appropriamus.

Providet securitati Emp-
torum, Depo-
sitariorum,
& aliorum
quorumvis
subditorum
dicti Montis
5. Ereccionis
prout in ru-
brica.

§. 4. Ut autem Emp-
torum, Depo-
sitariorum,
& aliorum quorumvis futurorum Creditorum
Montis hujusmodi, qui dict. Ducis Flavii fidem
sequuti, pecunias suas in eo collocare volunt,
securitati magis provisum sit, volumus, & de-
cernimus, quod d. Dux Flavius teneatur, & de-
beat ex redditibus, & proventibus Civitatis, &
Catri predictorum pro congrua dote ejusdem
Montis scutorum 12. millium moneta Romanæ
penes Bancum Depositarii ejusdem Montis annua-
tim deponere ad effectum illa per Depositarium
ipsum pro tempore existentem solvendi Monti-
stis, & Creditoribus d. Montis pro fructibus illius
ad d. rationem scutorum 4. moneta Romanæ pro
quolibet loco, & anno, de bimestre in bimestre,
& in fine cujuslibet bimestris Romæ libere, &
omni mora cessante, durante dicto Monte, sum-
mamque ex quovis casu etiam fortuito, & inopi-
nato, ex introitibus, & redditibus prefatis defi-
cientem d. Dux Flavius de proprio, & cum aliis
redditis, & pecuniis supplere teneatur, & si
contingeret predicta bona dicto Monti assignata,
sive in toto, sive in parte locari, teneatur Affic-
tuarios, & Arrendatarios hujusmodi, nec non
Administratores etiam in forma Camerae Aposto-
licae obligare facere in favorem Montistarum, &
Depositarii d. Montis de solvendo in manibus dicti
Depositarii annuam summam pecuniarum pro
hujusmodi effectu debitarum, & debendarum
usque tamen ad summam dicto Monti pro illius
Dote, & fructibus ut supra assignatam: alias om-
nes locationes nullæ sint, & esse censeantur,
prout nos nullas, & invalidas esse decernimus,
volumus, & declaramus.

Mandat dicto
Duci Flavio,
quod elapsis
viginti annis
ab ereccione
d. Montis
computan. il-
lius extinc-
tionem inci-
pere, & fa-
cere debeat
prout in rub.

§. 5. Elapsis vero viginti annis ab ereccione
hujusmodi montis computan., Dux Flavius præ-
dictus extinctionem ejusdem Montis incipere, &
facere debeat extinguendo quolibet anno scuta
quindecim millia moneta, & restitutis singu-
lis Montistis scutis centum moneta pro quolibet
loco, & portione liberis, & absque ullo vincu-
lo, præcedente tamen edicto, juxta solitum, &
per extractionem ad instar aliorum Montium ex-

tinguibilium Romanæ Curia, & sic quolibet an-
no in hujusmodi extinctionem continuare usque
ad totalem ejusdem Montis extinctionem. Ita
tamen quod Montista, & Creditores prefati ex-
tractionem, & extinctionem hujusmodi procu-
rare minime teneantur, sed quo ad eos Mons
ipse donec fuerit extinctus perpetuus sit, & esse
censeatur.

§. 6. Dicitur autem Dux Flavius teneatur
eligere, & deputare, in Depositarium dicti Mon-
tis aliquem Mercatorem hic in Urbe fide, & fa-
cultatibus idoneum ad contentamentum dilecti
filii nostri Hieronymi Galstaldi nostri, & Ca-
meræ nostræ Thesaurarii Generalis, & illius in
officio hujusmodi successorum, qui principaliter,
& in solidum se obliget pro solutione fructuum
dicti Montis per novennium proximum, ab ipso
die ereccionis dicti Montis inchoante, & ut se-
quitur continuan. de bimestri in bimestre, & in
fine cujuslibet bimestris libere etiam cessanti-
bus, & exactis, vel non exactis predictis, & aliis
quibusvis assignamentis, & alio quocumque im-
pedimento, & quavis exceptione non obstanti-
bus, & successive hujusmodi aliam æque ido-
neam cautionem bancariam, de triennio in
triennium, & per sex menses ante finem trien-
nii durante Monte predicto eisdem modo, &
forma, ac pro omnibus, & singula superius
expressis obligatum præstare, & renovare, &
in eventum mortis, deteriorationis conditio-
nis, vel absentia ab Urbe Depositarii dicti Mon-
tis pro tempore existentis, alium Depositarium
atque idoneum Mercatorem in Urbe habentem
Bancum apertum simili modo, & forma obli-
gatum præstare, & renovare infra quindecim
dies a tali eventu proximis, & hoc toties ser-
vare, & adimplere quoties casus hujusmodi even-
nerit, cui Duci Flavio, ut per se, vel ejus Pro-
curatorem predicta loca tria millia dicti Mon-
tis libere, & exempta a solutione emolument-
orum pro expeditione literarum presentium
Annonæ Urbis, Archiconfraternitati pietatis car-
ceratorum, proxenetico Collegio, ac mercedum
Secretario, Ratiocinatori dicti Montis debi-
torum pro ipso Duce Flavio, & aliis, qui loca
predicta ab eo prima vice acquirunt, vendere,
& alienare; illorumque pretium ad infracrip-
tum tamen effectum exigere, recipere, & habe-
re, & de exactis, habitis, & receptis solventes,
& quos opus fuerit quietare, ad effectum tamen
illud unico contextu penes dicti Montis Depo-
sitarium deponendi, & ut infra convertendi tenore
presentium licentiam, & opportunitatem facultatem
concedimus, & impartimur.

§. 7. Pretium vero ex venditione dicti Mon-
tis redigen. deponi debeat penes Depositarium
ejusdem Montis ad effectum illud erogandi, &
convertendi in extinctionem diversorum debito-
rum a Duce Flavio, suisque antecessoribus con-
tractorum cum licentia, & beneplacito Aposto-
lico, & habentium ad eorum favorem obliga-
ta etiam Bona Jurisdictionalia, & Feudalia quæ-
cumque juxta notam ab ipso dandam, & res-
pective erogare pro aliis ipsius Flavii indigen-
tis, Creditores autem qui dictum pretium
Montium recipient, teneantur, & obligati sint,
pro ut nos teneri, & obligatos esse volumus ce-
dere Collegio Montistarum hujusmodi Montis
Ursini 5. Erect. omnia, & singula eorum Jura,
& actiones, ac privilegia quæcumque etiam an-
terioritatis, & potioritatis sibi quomodolibet com-
petentia, occasione & pro rata suorum Credito-
rum translativæ, & non extinctivæ, & talia qualia
&c. ad effectum, ut dictum Collegium, illiusque
Montistæ dd. Juribus uti possint tam agendo,
quam excipiendo, & ad omnes alios effectus sibi
magis proficuos, & necessarios.

§. 8. Nec non pro majori cautela Montista-
rum, ac Depositariorum pro tempore ejusdem

D. Dux quem
Depositarium pro
tempore eli-
gere debeat
ad contenta-
mentum The-
saurarii Gen-
eralis Rev.
Camerae.

Indulget
dict. Duci, ut
loca 3. præfa-
ti Montis li-
bere vende-
re, & alienare
possit ad effe-
ctum illorum
pretii depon-
endi penes
d. Montis De-
positarium.

Depositarius
d. pretium e-
rogare tene-
atur in extinc-
tionem Debi-
torum Dom-
us Ursinæ
contract. cum
beneplacito
Apost. & ha-
bentium obli-
gata etiam
Loca jurisdic-
tionalia, &
feudalia pro-
ut in rubrica.

Quod d. Dux
cum aliis ger-
manis fratri-

Montis

1671.

Quod d. Dux cum aliis germanis fratribus consentiat omnibus contentis in præfati Motu proprio, ac pro illorum observantia se infolidum obligare.

Præservat jura Cam. Apostolica prout in rubrica.

Supplet omnes defectus etiam substantiales, & formales.

Eidem Monti, ejusque Depositariorum, & Montifis indulget omnia privilegia, quibus gaudent omnes alii Montes R. Cameræ Baronum, & Universitatum.

Pro exigenda annua dote sc. 12. m. dicti Monti ex fructibus Civitatis Brachiani, & Castri Cerveteris dictos

§. 8. Nec non pro majori cautela Montistarum, ac Depositariorum pro tempore ejusdem Montis prædictus Flavius Ursinus Brachiani Dux, & Ven. Frater noster Virginius Episcopus Albanen. S. R. Cardinalis, & Lelius Vico Varronis Princeps germani fratres de Ursinis, omnibus, & singulis in præfati Motu proprio contentis, & expressis consentire teneantur, & cum effectu consentiant, ac sese omnes, eorumque hæredes, & successores, ac bona omnia præsentia, & futura infolidum tam pro solutione fructuum Montis prædicti, & illius extinctione, & evictione, & obligatione de præstando, & renovando Mercatorum, & Depositariorum (ejusdem Montis, & aliorum quorumcumque, ac etiam ad favorem eorumdem Mercatorum, & Depositariorum) ac pro observatione, & adimplemento omnium, & singulorum in præfati Cedula Motus proprii, & Instrumento, seu Instrumentis desuper celebrandis contentorum, seu continendorum æque principaliter, & infolidum, & in forma Cameræ nostræ Apostolicæ cum Juramento, & aliis cautelis necessariis, & opportunis promittant, & accedant, & se obligent, sine tamen præjudicio quorumcumque Jurium Cameræ nostræ quomodolibet in, & super Civitate, & Castro prædictis competentium, & competitorum, tam in quocumque casu, & eventu caducitatis, & devolutionis illorum, quam ex quovis capite forsan hucusque evento, & quod in futurum quovis modo evenire possit, ac purificationem, & purificandam ad favorem ejusdem Cameræ, & Sedis Apostolicæ etiam quoad præstationes in casu venditionis eorumdem Civitatis, & Castri, quam etiam ex quavis alia causa, & occasione, promissiones, & obligationes, contractus, Instrumenta, & alia inde facienda, æque, ac si in quavis legitima, & magis requisita forma, & cum solitis solemnitatibus facta fuissent, validas fore, & esse, suosque plenarios effectus fortiri, vimque, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, & declaramus, & ex nunc confirmamus, & approbamus, nostræque firmitatis robur adjicimus, omnes, & singulos Jures, & Facti, ac solemnitatum defectus etiam substantiales, & formales, si qui intervenerint, Apostolica auctoritate supplemus.

§. 9. Præterea eidem Monti, illiusque Depositariorum, & Montifis, aliisque Personis quibuscumque pro tempore existentibus, omnibus, & singulis privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, præminentis, prærogativis, indultis, aliisque favoribus, & gratiis universis, quibus Montes Restaurati primæ, & tertiæ Ereccionis, aliique Montes nostræ Cameræ, ac Baronum, & Universitatum, & alii quicumque Romanæ Curie non vacabiles tam ex concessionibus Apostolicis, quam de Jure, usu, vel consuetudine, ac alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt, quomodolibet in futurum similiter, pariformiter, & sine ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, concedimus.

§. 10. Nec non ex prædictorum Civitatis, & Castri fructibus, redditibus, proventibus, ac emolumentis quibuscumque certis, & incertis tam ordinariis, quam extraordinariis d. annuam summam scutorum duodecim millium monetæ pro solutione fructuum, & dotis dicti Monti ab omnibus, & quibuscumque oneribus liberam, immunem, & exemptam dicto Monti, illiusque Collegio, & Montifis pro sua dote, & fructibus & emolumentis, ut supra respective assignamus, concedimus, & applicamus; & pro illis exigendis, habendis, percipiendis, & consequendis dd. Montifas, Collegium, & Depositariorum tam uti singulos, quam universos Procuratores irrevocabiles, & Dominos, ut in rem propriam cum

potestate exigendi, quietandi, jura cedendi, judicialiter agendi, & cum clausula, & effectu constituti, & facultate substituendi, & aliis facultatibus opportunis constituimus, & deputamus.

§. 11. Et nihilominus pro potiori cautela decernimus, & declaramus, quod in eventum non observationis, aut non adimplementi præmissorum, vel alicujus eorum, ac etiam in omnes, & singulos casus contraventionis, & impedimenti, seu invaliditatis, & rescissionis, & quocumque capite, ratione, prætextu, causa etiam in corpore Juris clausis, liceat Collegio, & Depositariorum dicti Monti pro tempore existentibus, per se, vel alium, seu alios d. Monti nomine propria auctoritate, sine alicujus Judicis, seu Curie decreto, vel mandato, & absque vitio spoli, & attentatorum, corporalem, & actualem possessionem Civitatis, & Castri prædictorum, illorumque membrorum, & Jurium d. Monti, ut supra assignatorum, & obligatorum liberare, & licite capere, apprehendere, captamque, & apprehensam retinere, & continuare; nec non fructus, & emolumenta ex dictis Civitate, & Castro provenientia percipere, exigere, & levare, ac si magis ipsis expedire videbitur in toto, vel in parte, etiam quibusvis personis, ac pro pretio, seu pretiis, conditionibus, & responsionibus reperibilibus, & ad tempus eis beneficium, semel, & pluries, & quoties eis placuerit locare, arrendare, & in locationem, & arrendam concedere, ac in administrationem dare, fructus, affectus, & responsiones hujusmodi pro concurrenti rata dicto Monti pro dote, & fructibus, ut supra assignata percipere, exigere, & recuperare, & de exactis, &c. & habuisse confessis solventes, & quos erit opus quietare, & in solventium favorem Jura, & actiones cedere, & transferre, ad quæ, & alia præmissa omnia necessaria, & opportuna dicti Montifas, & Collegium, & Depositariorum, Procuratores irrevocabiles, ut in rem propriam cum facultate substituendi, & aliis clausulis, & facultatibus necessariis, & opportunis specialiter, & expresse constituimus, & deputamus.

§. 12. Eoque tam uti singulos, quam universos, quoad annuam summam prædictam, illiusque exactiorem, & consecutionem in omne Jus, & locum, & privilegium dd. de Ursinis, eorumque hæredum, & descendentium, & successorum ponimus, substituimus, & subrogamus; ac bona supradicta non obstante quod sint cuiusvis Fideicommissi subjecta, & alias quomodolibet gravata, & onerata ex tunc pro integra solutione fructuum, & extinctione dicti Monti ejusdem Monti Creditoribus, nec non Depositariorum nunc, & pro tempore eligendis pro eorum indemnitate relevatione, tam ex causa Pecuniarum, quas dicti fratres de Ursinis quovis tempore defecerent, in Banco dd. Depositariorum deponere ad effectum solvendi fructus ejusdem Monti, quam provisionis Cedula per dd. Depositariorum ad favorem Montistarum, ut supra facien, ac Cambiorum, & recambiorum, quæ super summis, ut supra à prædictis Ursinis debito tempore in Banco eorumdem Depositariorum non depositatis decurrere contigerit, ac damnorum, & interesse per eosdem Depositariorum forsan patien. aliorumque promittendorum observatione usque ad integram ipsorum Montistarum, & respective Depositariorum satisfactionem, aliisque præmissis, ac perpetua validitate, observatione, & adimplemento omnium, & singulorum præmissorum ultra quascumque alias obligationes, ceterorum omnium honorum etiam Jurisdictionalium, & Feudalium, & tam præsentium, quam futurorum, generaliter, ac specialiter, & expresse, sine tamen præjudicio quorumcumque Jurium Cameræ nostræ, ut supra, & circa illius obligationem,

1671.

Montifas, Collegium, & Depositariorum tam uti singulos, quam universos constituit Procuratores irrevocabiles; & in rem propriam. In omnem calum contraventionis liceat dd. Montifis, & Depositariorum ut supra propria auctoritate possessionem capere dd. Civitatis, & Castri eorumque fructus exigere pro rata d. Monti pro dote assignata.

Eos pro consecutione d. annuæ dotis in omne jus, locum, & privilegium dd. de Ursinis constituit.

Eorumque cumque bona non obstant. cuiusvis fideicommissi vinculo, vel alio onere pro integra satisfactione Montistarum, & Depositariorum pro tempore obligat & hypothecat.

Præservat jura R. Cameræ.

& non

Premissa omnia, & quae inde sequuntur decernit valida fore, & efficacia.

Omnia Vincula, & onera super dd. Civitate, & Castro durante d. Monte in favorem illius, Montistarum, & Depositarii suspendit.

Durante eodem Monte summam ut supra pro dote assignatam eximit, & liberat a quolibet fideicommissio, pacto, vel hypotheca.

Mandat quoscumque Creditores dd. de Urfinis, eorumque Authores quantumvis, priores, potiores, & privilegiatos non posse suas actiones exercere super dd. Civitate, & Castro donec sequuta sit integra satisfactio tam Montistarum quam Depositariorum pro tempore.

& non alias &c. obligamus, & hypothecamus, & obligata, & hypothecata fore, & esse, eademque obligationes, hypothecas, nec non Montis hujusmodi Ereccionem, omniaque, & singula praemissa, & quae inde sequuntur quaecumque perpetua, valida, firma, & efficacia fore, & esse, ac plenum firmitatis robur habere, & obtinere volumus, decernimus, atque declaramus tam in favorem dicti Montis, & illius futurorum Creditorum, quam dicti Depositarii dicto tempore, & aliorum obligandorum.

§. 13. Et si super dictis Civitate, & Castro, seu eorum aliquo per quoscumque eorundem de Urfinis Antecessores, Ascendentes, seu Collaterales, vel quovis modo Auctores, & transverfales, & extraneos quodvis Fideicommissum, pactum de succedendo, Primogenitura, majoratus, substitutiones, & quavis aliae conditiones, dispositiones, seu alienandi prohibitiones sub quibusvis legibus, conventionibus, & prohibitionibus etiam quantumvis penalibus, & gravissimis, etiam ex pacto, & providentia pro conservatione Familiae agnationis, & in favorem liberorum descendendum, ac etiam pro dote, seu alias quomodolibet facta, apposita, & induta fuerint, & sint, & tam purificata, quam purificanda ad favorem quorumvis tam de Familia dictarum de Urfinis, quam aliorum, ac etiam Ecclesiarum, & quorumcumque locorum piorum, & personarum quantumvis piarum privilegiatarum, ac speciali, ac individua expressione dignarum quomodocumque, & qualitercumque, quorum omnium, & singulorum veros, integros, totosque tenores hic pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis haberi volumus, illaque omnia, dicto Monte durante in favorem ipsius Montis, & illius Depositarii, Montistarum, & aliorum praedictorum suspendimus, locumque minime habere, effectumque sortiri non posse volumus, atque decernimus, quanvis dicta Fideicommissa, & alia, ut supra cum Inventariis sint posita, registrata, & producta in Archivio juxta formam Constitutionis Urbani VIII. praedecessoris nostri.

§. 14. Nec non annuam summam praefatam, ut praefertur dismembratam, & dicto Monti, illiusque Montistis, Depositariis, & Creditoribus eodem Monte durante, a dictis Fideicommissis, & pactis de succedendo, majoratibus, substitutionibus, alienandi prohibitionibus, caducitatibus, devolutionibus, privationibus, necnon etiam prioribus, & potioribus quantumvis privilegiatis hypothecis, obligationibus, aliisque dispositionibus, nexibus, vinculis, & oneribus ex quavis pia, & privilegiata causa per dictos de Urfinis, & quoscumque alios Auctores, seu alios quovis etiam extraneos ut supra, & alios quomodolibet factos, impositos, inductos, quibus Civitas, ac Castra praedicta, eorumque membra, & pertinentiae quomodolibet subiecta sunt, & esse dici, vel praetendi possunt penitus omnino eximimus, & liberamus.

§. 15. Et quoscumque Creditores dd. de Urfinis, eorumque auctorum, & aliorum, ut supra quantumcumque privilegiatos, etiam priores, & potiores, ac praevio assensu, beneplacito, & derogationibus dictorum Fideicommissorum, & aliorum supradictorum, & tam a nobis, quam a nostris praedecessoribus emanati si qui sint, vel fuerint, tam vigore obligationis in forma Camerae nostrae Apostolicae, vel alias sub quavis forma, expressione verborum cum uno, vel pluribus juramentis, & ex causa Dotis, & alimentorum in, & super dictis Civitate, & Castro super expressis, & Monti assignatis, generales, & speciales, tacitas, vel expressas obligationes, hypothecas habentes non posse donec dictus Mons durabit, & donec sequuta fuerit integra satisfactio, tam Montistarum, quam Depositariorum

pro tempore ex causis supra expressis in, & super Civitate, & Castro praefatis, eorumque membris, & juribus nec in proprietate, nec in fructibus, & redditibus eidem Monti assignatis, vel contra eorum Conductores, Affiduaros, Administratores, & Debitores nunc, & pro tempore existentes pro dicta summa, ac pro solutione fructuum, & extinctione, ut supra assignata, eadem obligationes, & hypothecas exercere; nec actionem, seu Judicium aliquod intentare, minusque super illis Montistas, Depositarios, aliosque praefatos molestare, vel impedire, nisi facta aliorum bonorum dd. de Urfinis, eorumque Auctorum eis obligatorum excussione, & quatenus alia bona pro eorum Creditorum satisfactioe non sufficiant.

§. 16. Nos enim obligationes, & hypothecas omnes, & singulas praefatas si quae sint ad effectum praefatum, d. Monte durante, & donec sequuta fuerit praedictorum satisfactio suspendimus, & in alia quaecumque dictorum de Urfinis, eorumque Auctorum &c. bona tam allodialia, quam jurisdictionalia jura, & introitus (eodem Monte durante) modo, & forma praemissis ad effectum praefatum, praedictorum omnium tenores hic pro expressis, & insertis habentes transferimus, & translata esse declaramus, cum hoc quod omnes praefatae clausulae, & facultates semper censeantur, & sint appositae ad majorem securitatem, & cautelam dd. Montistarum, & Depositarii quomodolibet resultant, & cum facultate semper variandi, itaut una via electa, non praedictetur Montistis, Depositariis, & aliis praefatis, quin ad alia redire possint, sed simul, & semel tam conjunctim, quam divisim illis uti, & experiri valeant.

§. 17. Decernentes Montem hujusmodi, illiusque loca respectu Dotis, fructuum, & emolumentorum, aliarumque assignationum praefatarum, nullis omnino reductionibus, diminutionibus, aut mensum, seu mensurarum retentionibus, & quibuscumque aliis contrariis dispositionibus etiam praetextu enormis, & enormissimae laesionis, urgentis necessitatis, seu etiam evidetis utilitatis, & ex quavis alia cogitata, vel incogitata etiam necessario exprimentanda causa, vel alias quomodolibet obnoxia fore, & esse; firmamque, & valida semper persistere, & ab illis fore semper excepta, & exempta; nec dictos de Urfinis, minusque quovis d. Montis futuros Creditores, ac Depositarios, illorumque haeredes, & successores quoscumque, seu jus, & Causam ab eis quomodolibet habentes, & habituros super praedictis, seu illorum aliquo quoquo modo molestari, perturbari, vel impediri.

§. 18. Et insuper volentes Montem praedictum specialibus favoribus, & gratiis decorare, Motu, scientia, & potestate similibus perpetuo statuimus, & ordinamus, quod quicumque etiam laici utriusque sexus, ac Presbyteri, & alii Clerici, necnon Ecclesiastici, & alii quicumque praefati etiam S. R. E. Cardinales, aut caeteri quoscumque dignitatis, gradus, & conditionis secularibus, & quorumcumque ordinum, etiam in communi Mendicantium, & militantium, vel Hospitantium Regulares, aut aliae quaecumque Personae cujusvis generis etiam minores, & Pupilli, ac etiam spurci, illegitimi, aut alias quomodolibet inhabiles, & incapaces, nec non Communitates, Universitates, Ecclesiae, Capellae, Collegia, Congregationes, Conventus, Societates, Hospitalia, & alia quavis tam profana, quam pia, & Religiosa loca, tam intus, quam extra jurisdictionem nostram temporalem, ac etiam quacumque Mundi parte pro tempore existen. (Infidelibus tamen exceptis) nihilominus in Monte hujusmodi quascumque pecuniarum summas etiam ex Metropolitanarum, Cathedralium, aliarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum,

Quod iidem Creditores nequeant dd. Montistas, vel depositarios molestare nisi facta aliorum bonorum dd. de Urfinis excussione, & quatenus alia bona pro eorum Creditorum satisfactioe non sufficiant.

Omnes dictas obligationes, & hypothecas durante dicto Monte, & donec sequuta fuerit praedictorum satisfactio transferri in alia bona dd. de Urfinis.

Omnes dictae Clausulae sunt appositae ad majorem securitatem Montistarum, & Depositariorum quibus etiam dat facultate variandi.

Decernit d. Montem, & julque loca respectu dotis, & fructuum ex quacumque causa obnoxia non esse reductionibus, aut diminutionibus.

Quod dd. de Urfinis, & d. Montis Creditores, & haeredes super praedictis nequeant molestari.

Indulget ut omnis utriusque sexus, ac etiam Clerici saeculares, & Regulares exceptis Infidelibus quascumque summas in hujusmodi Monte conferre possint, ac pro singulis locis, & portionibus annua scuta quatuor consequi, prout in rubrica.

Abbatiarum, Hospitalium, Commendarum, & quarumvis Ecclesiarum, tam secularium, quam Regularium, beneficiorum, seu etiam pensionum annuarum ex fructibus, & redditibus, & proventibus Ecclesiasticis tam haecenus acquisitis, quam in futurum acquirendis, semel, vel pluries, & quoties eis visum fuerit non tamen infra summam scutorum 100. monetæ conferre, ponere, & erogare pro singulis locis, & portionibus annua scuta quatuor monetæ in fine cujuscumque bimestris illorum ratam sine aliquo conscientia scrupulo, seu fortis principalis diminutione, aut quovis alio restitutionis onere, & omni prorsus impedimento cessante percipere, consequi, & in eorum usum, & utilitatem convertere libere, & licite possint, & valeant concedi nus, & indulgemus.

§. 19. Ut autem dicti Montis regimen, & gubernium rectius, & fidelius geratur, & dirigatur dilectum filium Hieronymum Galsaldum nostrum, & Camerae nostræ Thesaurarium Generalem, & successive alios pro tempore existentes Thesaurarios Generales in dicti Montis Protectores, & administratores cum potestate literas patentes Locorum dicti Montis sub eorum nominibus, & sigillo subscriben., & conceden., ac Secretarium, & Ratiocinatorem d. Montis a d. Duce Flavio, suisque &c. nominan., & eligen., necnon omnes, & quascumque causas d. Montis, & ab eo quomodolibet dependen., ac moven. per se, vel alium, seu alios cognoscen. deciden., & terminan., & ab aliis Judicibus, & Tribunalibus, etiam quod vigore obligationis Cameralis agatur, avocandi, & reassumendi, ac omnia alia eidem Monti utilia, & necessaria private quoad omnes alios Romanæ Curia Judices, & Tribunalia peragendi, eligimus, & deputamus.

§. 20. Volumus autem atque decernimus, quod Montis dicti Montis Urfini non teneantur, nec cogi possint in Judicio, nec extra probare, nec curare, quod pecuniæ per eos in emptionem locorum dicti Montis expositæ, fuerint erogata, & conversæ in extinctionem supradictorum debitorum, vel aliam quamvis probationem quantumvis necessariam facere. Decernentes pariter, & declarantes presentem nostri Motus proprii cedulam, & literas forsan conficien. etiam ex eo, quod quicumque interesse habent, &c. vel habere prætenden. &c. ad id vocari, seu audiri, aut etiam instrumentis, & aliis circa illorum executionem facien. solemnitates statutaria, & alia de jure, vel consuetudine, & quomodolibet requisita, adimpleta, & observata non fuerint, aut alias de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel nostræ intentionis, aut quocumque alio defectu, seu quovis alio prætextu, jure, colore, ratione, vel causa notari, impugnari, invalidari, retractari, rescindi, vocari, limitari, moderari, aut in jus, vel controversiam adduci, illorumque effectum, & executionem retardari, vel impediri, minusque adversus eas quodcumque Juris, & Facti, vel gratia remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, nec debere, minusque sub quibuscumque similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, moderationibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus nullatenus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & sub posteriori data emanatas fore, & esse censeri, semperque validas, firmas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, nec ad illas, in Camera Apostolica presentan., & in illius libris registrari facien., juxta Constitutionem sel. rec. Pii PP. IV. prædecessoris nostri, aut alias quomodocumque teneri, & nihilominus in suo robore, viribus, & effectu semper persistere.

§. 21. Sique per quoscumque Judices Ordinarios, & Extraordinarios, Commissarios, Dele-

gatos, & Subdelegatos, etiam Causarum Palatii nostri Apostolici, & Causarum Curia dictæ Camerae Auditores, necnon S. R. E. Cardinales, Camerarios, eorumque vice-Camerarios, ac dictæ Camerae Thesaurarios, Clericos, Præsidentes, Commissarios, ceterosque Camerales, necnon etiam Cardinales de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 22. Non obstantibus præmissis, aut quibusvis Testamentis, Codicillis, donationibus, ultimis voluntatibus, dispositionibus, fideicommissis, substitutionibus, etiam ad favorem Ecclesiarum, locorum piorum, & aliorum supranominatorum &c. Primogenituris, pactis de succedendo, alienandique, seque obligandi prohibitionibus per quoscumque quomodolibet factis, ac etiam pluries, iteratisque vicibus quomodolibet confirmatis, innovatis, & approbatis, ac obligationibus, & hypothecis etiam juramento, & obligatione Camerali, & Apostolica licentia, & beneplacito vallatis, ac Pii IV. de registran., ac aliis quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, excepta Constitutione sel. rec. Clementis VIII., qua jura Camerae nostræ Apostolicæ in Montium erectionibus præservan. necnon nostra de jure quæsito non tollendo, & gratis ad instar non conceden., aliisque Cancellariæ nostræ Regulis, Statutis Urbis, eorumque Reformationibus, consuetudinibus, Decretis, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, etiam consistorialiter, & de Fratrum consilio, & assensu roboratis, & cum quibusvis clausulis derogatoriis, ac derogatoriis derogatoriis, Privilegiis quoque, & Indultis, facultatibus, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis irritantibus eidem Thesaurario, necnon Congregationi super Montibus, & quibusvis aliis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, & aliis Decretis, usibus, naturis, etiam juramento, firmitate, & motu similibus, ac etiam consistorialiter præmissa etiam, aut eorum aliqua expresse fieri prohibentibus, seu impediuntibus, aut aliis in contrarium quomodolibet facientibus concessis &c. ac non obstante, quod supradicta fideicommissa, & alia ut supra sint in Archivo cum Inventariis registrata, & exhibita, & non obstante Constitutione Urbani VIII. moderatoria Bullæ Baronum, quibus omnibus etiam de illis &c. eorum tenores &c. presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes &c. illis alias in suo robore permansuris, hæc vice dumtaxat specialiter, & expresse, ac latissime Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

§. 23. Cæterum volumus quod presentis nostri Motus proprii cedula sola nostra Signatura, absque alia data, & si non registretur, sufficiat, & tam in judicio, quam extra plenam fidem faciat, regula quacumque contraria non obstante, & nihilominus litera tam in forma Brevis sub Annulo Piscatoris, quam sub Plumbo, & per Officium minoris gratia cum supradictorum omnium, & singulorum majoris specificatione, & expressione, aliisque clausulis necessariis, & opportunis, ac solitis, & consuetis, ac aliis, & prout videbitur, expediri possint. Et quia nimis arduum, & difficile foret presentem Cedulam, sive literas desuper conficien., omnibus, & quibus opus foret, originaliter, ac ubique locorum exhibere, volumus, atque decernimus, quod tam presentis Motus proprii Cedula, quam literarum, si quas desuper in quavis forma expediri contigerit transumptis, & exemplis etiam impressis manu Secretarii d. Montis, aut alicujus Camerae nostræ Notarii subscriptis, sigilloque Thesaurarii Generalis obfignatis

Quibuscumque contrariis amplissime derogat.

Mandat quod sola Signatura hujus Motus proprii Cedula sufficiat, & litera tam in forma Brevis, quam sub plumbo expediri possint.

Transumptorum fides.

Constituit Thesaurarium Generalem Camerae Protectorem, & Administratorem d. Montis cum facultatibus prout in rub.

Quod Montis non teneantur probare verionem pecuniarum.

In hac Cedula, seu literis supplet omnes & quoscumque defectus.

Eis decernit semper firmas, & validas fore, & esse.

Decretum irritans.

eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsismet originalibus adhiberetur si ostenderentur, exhiberentur, vel producerentur, regula quacumque contraria pariter non obstante &c.

Fiat Motu Proprio E.

Die 20. Septembris 1671.

Acceptatio d. Cedula Motus proprii facta per Duce[m] Flavium Ursinum, & juxta illius formam obligatio aliorum fratrum.

Ill^{ms}, & Ex^{ms} D. Dom. Flavius Ursinus Brachiani Dux acceptavit supradictam Cedula[m] Motus proprii, & juxta illius formam d. Monti Ursino Quintæ Erektionis constituit, & assignavit fructus supra dicta Civitate Brachiani, ac Cerveteri, ex quorum redditibus &c. dismembravit &c. ann. summam sc. 12. mil. monetæ, illamque d. Monti pro ejus dote, & Fructibus assignavit, & cessit, ac applicavit, Montistas, ac Depositarios ejusdem Montis in ejus locum substituit, ac obligationes in favorem ipsius Montis, ac Depositariorum pro adimplemento sibi a Sanctiss. D. Nostro Papa injunctorum, juxta formam Cedula[m] Motus proprii prædicti fecit &c. Et in solidum cum dict. Exc^{mo} D. Duce Flavio pro observatione omnium præmissorum accesserunt, fidejusserunt, & se se obligarunt E^{ms}, & R^{ms} D. Virginius Cardinalis, ac Ill^{ms}, & Exc^{ms} D. Lelius Vicovarii Princeps germani Fratres de Ursinis, & sic se in forma Camera Apostolica obligarunt, & tactis &c. peccore, & scripturis respective jurarunt, prout latius in Instrumento sub dat. die per acta mei infrascripti desuper rogato ad quod &c.

Franc. Antamorus R. C. A. Not.

Cedula Bancaria Benedicti Candolphi, & Caroli Rossi.

Noi Benedetto Candolphi, & Carlo Rossi in vigor della presente nostra Cedula Bancaria promettimo, e in solidum ci oblighiamo in forma C. A. di pagar qui in Roma liberamente, e senza eccezione alcuna alli Sig. Montisti del nuovo Monte Orsini Quinta Erezione li frutti delli luoghi tre mila, che sono stati eretti in esso Monte a ragione di scudi quatro per luogo l'anno, e questo pagamento lo promettiamo nelli modi sudetti per nove anni prossimi venturi già cominciati il 1. Settembre passato, e da finire l'ultimo Agosto dell' anno 1680. cioè ogni bimestre in fine la rata parte a ciascheduno di essi Sig. Montisti spettante in conformità delle liste bimestrali, che ci verranno consegnate dal Computista del medesimo Monte, alle quali liste per la quantità de' Luoghi, e per l'annuo frutto si abbia relazione, e questa Cedula dichiaramo farla ad istanza dell' excellentissimo Sig. Don Flavio Orsini Duca di Bracciano, del quale ne doveremo esser rimborsati, e rilevati da ogni danno in conformità del contenuto nel Moto proprio dell' Erezione, e nell' Instrumento della deputazione, & accettazione di Depositaria del medesimo Monte, che si deve rogare in questo giorno per gl' atti dell' Angelucci Notaro A. C., a quali Motu proprii, & Instrumenti in tutto, e per tutto s'abbia relazione. In fede &c. Roma dal Banco questo di 6. Ottobre 1671.

Benedetto Candolphi, e Carlo Rossi.

XXII.
Die 6. Nov
1671. An. 2.

Statutum pro Civitate Avenionen. circa atatem, & qualitates requisitas in Judicibus Curie Ordinariae S. Petri, & quod Avenionenses trahinequeant ad Romanam Curiam nisi in Causis scutorum mille in sorte, & scutorum centum in annuo reddito exceden., cum confirmatione Privilegiorum Universitatis dictae Civitatis ac ordinatione, ut fundationes septem Collegiorum juxta primam institutionem serventur, & aliis circa nominationem ad officia dictae Civitatis, cum confirmatione Brevis Urbani VIII., cum præter Legatos, Vice-Legatos, Archiepiscopum, & Praefectos Armorum dictae Civitatis nemo sit immunis ab impositionibus, quæ in ingressu Civitatis prædictae solvuntur.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Constantis fidei, & sinceræ devotionis, affectus, quem dilecti filii Communitas, & homines Civitatis nostræ Avenionen. erga Nos, & Romanam Ecclesiam gerere comprobantur, Nos adducit, ut eorum commodis paternâ benignitate libenter consulamus. Itaque specialem eidem Communitati, & hominibus gratiam facere volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut Judices Curie Ordinariae S. Petri nuncupatae dictae Civitatis, qui annuales sunt, in ea ætate constituti, illisque qualitatibus præditi esse debeant, quas statuta ejusdem Civitatis requirunt, ita ut junior quidem saltem viginti quinque annorum ætatem, & tres annos prædictæ, sive usus forensis compleverit, senior vero saltem sit quadragenarius; nec his per Vice-Legatos in dicta Civitate pro tempore existentes ullo modo derogari possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

§. 1. Porro ut indemnitati Partium litigantium ne expensis supra modum graventur, consulamus, Cives, & Incolas dictae Civitatis juxta privilegia Apostolica eis concessa ad Romanam Curiam ex quacumque Causa, & sub quovis prætextu in prima instantia trahi minime posse, nisi Partes se extra eandem Civitatem conveniri posse obligaverint, nec in eorum Causis ad eandem Romanam Curiam appellari, vel recurri posse, vel debere, nisi Causa ipsa summam mille scutorum monetæ Romanæ, vel redditum annuum centum scutorum parum exceßerint, auctoritate, & tenore prædictis pariter ordinamus, atque ita inviolabiliter observari mandamus.

§. 2. Præterea Privilegia, gratias, & Indulta quæcumque, Universitati studii generalis Civitatis Avenionen. præfatae, ejusque Rectoribus, Scholasticis, & Personis quibuslibet a quibusvis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessa, dummodo tamen sint in usu, nec sint revocata, aut sub aliqua revocatione comprehensa, neque Concilii Tridentini decretis, aut posterioribus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis adversentur, dicta auctoritate harum serie confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 3. Volentes, ut fundationes septem Collegiorum ejusdem Civitatis juxta primam eorum institutionem accurate serventur. De Capitaneatus autem Portarum, aliisque officiis dictae Civitatis per resignationem, vel obitum, aut alias quomodolibet nunc, & pro tempore vacantibus, ad quæ nominatio, seu præsentatio Personarum idonearum eidem Civitati juxta privilegia ei desuper concessa, seu alias legitime competere dignoscitur, ita de cætero disponi volumus, ut nominatio quidem, seu præsentatio officialium ad dilectos filios Concilium dictae Civitatis, admissio vero, seu institutio ad dilectum filium nostrum Palutium Basilicæ Sanctorum duodecim Apostolorum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Alterium nuncupatum modernum, & pro tempore existentem nostrum, & Apostolicæ Sedis in Civitate præfata, & Comitatu nostro Venaysino de Latere Legatum respective spectent: Et proinde sic pro tempore nominatos, seu præsentatos, & in specie dilectum filium cognominatum Robert, qui ad officium Capitaneatus Portæ

Exordium.

Abolutio à Censuris.

Preces Communitatis, & hominum Civitatis Aven. Qualitates, quas habere debent Judices Curie Ordinariae S. Petri.

Vice-legatus pro tempore statutus d. Civitatis derogare nequit.

Causa trahi nequeant ad Urbem nisi summam 1000. sc. mon. Romanæ, aut redditum annuum sc. 100. parum exceßerint.

Confirmas Privilegia, & Indulta Universitatis Studii Generalis prout in rub.

Fundationes Septem Collegiorum serventur juxta primam eorum institutionem.

Nominatio, seu præsentatio ad Officia pertinet ad Concilium d. Civitatis, admissio autem, seu institutio ad Cardinalem Legatum pro tempore.

Sancti

1671.

Confirmat literas Urbani VIII. & Alexand. VII. quod prater Legatos, Vicelegatos, & Archiepiscopos nemo sit immunis ab impositionibus, quae in ingressu d. Civitatis solvantur.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

Fides transumptorum.

Edit. die 6. Nov. 1671.

XXIII.

Nunc primū impressa.

Exordium.

Sancti Michaelis dictae Civitatis de praesenti vacans per Consilium praedictum nominatus, seu praesentatus reperitur, si idonei fuerint, ad officia huiusmodi admitti, seu in illis institui, solitasque provisionum literas ad eorum favorem respective expediri mandamus.

§. 4. Postremo fel. rec. Urbani PP. VIII. praedecessoris nostri anno 1643. expeditas, aliasque Romanorum Pontificum praedecessorum pariter nostrorum in simili forma Brevis literas a rec. mem. Alexandro PP. VIII. etiam praedecessore nostro per Chirographum die 19. Februarii 1663. emanatum continetas quoad illum articulum, quo disponitur, quod in dicta Civitate prater Legatos, Vice-Legatos, & Archiepiscopos Avenionen., ac Praefectos Generales Armorum ibidem pro tempore existentes, nemo ab oneribus, & cuiusvis generis impositionibus, quae in ingressu dictae Civitatis solvantur, immunis, seu exemptus existat, auctoritate praefata, eorumdem tenore praesentium confirmamus pariter, & approbamus.

§. 5. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quancumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari. Sicque, & non alias in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales etiam de Latere Legatos, eorumque Vice-Legatos, necnon Camerae nostrae Apostolicae Praesidentes Clericos, aliosque Officiales, & Ministros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit dictae Civitatis, aliisque quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut eorumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Novembris 1671. Pontificatus nostri anno Secundo.

I. G. Slusius.

Registrata in Secr. Brevis in lib. mensis Novembris. par. 2. fol. 80.

Diversae Ordinationes circa extractionem Reliquiarum ex Coemeteriis Urbis, & Locorum circumvicinorum, illarumque custodiam, & distributionem.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

EX commissa Nobis caelitus cura pastoralis Officio providere volentes, ut Sanctorum Martyrum corpora, & reliquiae, pie, ac decenter,

& sine turpi quaestu ex huius Almae Urbis Nostrae, & Locorum circumvicinorum Coemeteriis extrahantur, recondantur, asserventur, ac fideliter, prudenterque distribuantur; de nonnullorum dilectorum filiorum Romanae Curiae Praelatorum, aliorumque doctrina, rerum usu, & prudentia praestantium virorum, qui rem iussu nostro mature discussissent, & quorum sententia nobis a dilecto filio nostro Gasparo S. R. E. Presbytero Cardinale Carpineo nuncupato, in Urbe praefata Vicario in spiritualibus Generali, ac Prodatorio Nostro relata fuit, consilio, auctoritate Apostolica tenore praesentium praecipimus, & mandamus, ut nemo ad extrahendas a Coemeteriis praefatis reliquias accedat, nisi eius rei facultatem habeat scripto, quod memorati Gasparis Cardinalis moderni, seu pro tempore existentis in eadem Urbe Vicarii in spiritualibus Generalis sigillo munitum, & illius manu subscriptum sit; nec ossa, vel corpus ullum sub poena excommunicationis latae sententiae effodiatur, & ex aliquo Coemeteriorum huiusmodi extrahatur aliter, quam coram Sacerdote per d. Gasparem Cardinalem modernum, seu pro tempore existentem Vicarium ad id designato, qui diligenter inquirat, & recognoscat locum, inscriptiones, eaque martyrii signa, quae certiora esse censuit Congregatio Venerabilium Fratrum Nostrorum eiusdem S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, & sacris Reliquiis praeposita.

§. 1. Qua omni recognitione facta, statim singula corpora, & cuiuscumque Martyris Reliquias seorsum in capsulis recondat, quas sigillo clausas recta deferri curet ad Urbem, in Palatio Nostro asserandas, & a Venerabili Fratre Iosepho Eufavio Episcopo Helenopolitano moderno, & pro tempore existente Sacarii Apostolici Praefecto, vel ab alio per praefatum Gasparem Cardinalem modernum, seu pro tempore existentem Vicarium designando, qui probatis moribus, ac Presbyteratus ordine insignitus sit, custodiendas.

§. 2. Haec autem Martyrum corpora, & reliquiae ne distribuantur, & publice ad cultum, & venerationem exponantur, antequam per dict. Gasparem Cardinalem modernum, seu pro tempore existentem Vicarium, vel alios, quibus haec cura demandata est, examinata, & examinata, ac Romani Pontificis, vel memoratae Cardinalium Congregationis auctoritate approbata, & approbate fuerint.

§. 3. Quoniam vero eadem Sacra corpora, & insignes Reliquias, videlicet caput, crus, brachium, & eam corporis partem in qua passus est Martyr, si tamen integra est, nec in privatis aedibus, neque apud laicos homines, sed in Ecclesia religiose collocari, & asservari par est. Ideo iubemus ea, & eas nemini in posterum concedi, qui Ordinarii literas non asserat, quibus apud praefatum Gasparem Cardinalem modernum, seu pro tempore existentem Vicarium commendetur Ecclesiae, pro qua petuntur, dignitas, testatumque fiat operae pretium esse petitis Sanctorum Reliquiis Ecclesiam illam donari, & ibi futurum, ut ea, qua decet, religione custodiantur, & colantur.

§. 4. Excipiendos tamen volumus magnos Principes, & praecipuos Ecclesiae Praelatos, cum quibus liberalius agendum erit. Et ne ceterorum quoque fidelium pietas hoc Sancto munere omnino privetur, minus insignes Reliquiae illis concedentur.

§. 5. In omnibus autem modum servari iubemus, quoniam praecopia saepius accidit, ut sanctiora quaeque minus in pretio habeantur, quod maxime cavendum est. Conficiatur etiam liber, in quo sacra corpora, & reliquiae a Coemeteriis praedictis extractae adnotentur, tum nomina illorum, quibus reliquiae ipsae distributae, & Ecclesiarum, pro quibus impetratae fuerint. Porro qui ornant, & vendunt capsulas, thecas, & vasa, quibus reliquiae Sanctorum includuntur, reliquiis,

Mandat neminem accedere ad extrahendas a Coemeteriis Urbis, & locorum adjacentium reliquias, nisi de licentia Card. Vicarii pro tempore.

Excommunicatio latae sententiae adversus Contravenientes. SS. Reliquiae, seu Corpora extrahi debent coram Sacerdote per Cardinalem Vicarium pro tempore designato.

Officium huius Sacerdotis.

Extractae deferri debent ad Urbem in Palatio Apostolico prout in rubrica. Custodiendae sunt a Praefecto Sacarii Apostolici pro tempore vel ab alio Sacerdote per Cardinalem Vicarium designato. Antequam distribuatur, & publice ad cultum exponatur quid ageadum sit.

Insignes reliquiae nec in privatis aedibus, nec apud laicos collocari, aut observari par est.

Qua caute la sint concedenda.

Cum Magnis Principibus, & Praelatis liberalius est agendum.

Aliis fidelibus minus insignes Reliquiae concedantur.

Liber in quo SS. Reliquiae, & Corpora a Coemeteriis extracta annotantur, & nomina illorum, quibus ipsae distributae, ac Ecclesiarum pro quibus impetratae fuerint.



Pœna adven-
sus inscriben-
tes alia nomi-
na SS. Reli-
quii, quam
Card. Vicario
pro tempore
fuerint im-
posita.
Pro expensis,
& juxta mer-
cedem Ope-
rariorum
Card. Vicari-
us adhibeat
pecunias, &
elemosynas
piis operibus
applicandas.
Excommuni-
catio latæ
sententiæ ad-
versus recipi-
entes ali-
quid pro tra-
ditiōe SS.
Reliquiarum
quolibet ti-
tulo etiam a
sponte danti-
bus.

Decretum
irritans.

Contrariis
derogat.

Etiā habentibus
derogato-
rias deroga-
toriarum,
& specialem,
& indivi-
duam men-
tionem re-
quirentibus.

Transumpto-
rum fides.

Edit. 13. Jan.
1672.

alia ne adscribant nomina, nisi, quæ a dicto Gasparo Cardinale moderno, seu pro tempore existente Vicario imponerentur, sub viginti quinque seculorum monetæ, aliisque pœnis ejusdem Vicarii arbitrio infligendis. Atque ut omnis tollatur occasio turpis quæstus iis, quorum operam, & ministerium in effodiendis, & extrahendis sacris corporibus: Idem Gaspar Cardinalis modernus, seu pro tempore existens Vicarius adhibebit, de pecuniis, & elemosynis, quæ piis operibus applicandæ forent, & de mandato ipsius Vicarii accipient quantum æquum fuerit pro expensis omnibus, & juxta eorum mercedem.

§. 6. Postremo sub excommunicationis latæ sententiæ pœna per transgressores ipso facto incurrenda districtè prohibemus, ne in tradendis sacris corporibus, & reliquiis, & pro consecratione literarum patentium desuper expediendarum, earumque sigillo, aliquid etiam modicum, ullo umquam prætextu, etiam a sponte dantibus, accipiatur.

§. 7. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obrinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfata Cardinales, etiam de Latere Legatos, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definire debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit quarumvis Ecclesiarum, & Basilicarum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, quibusvis personis & locis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque toris tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, specificatis, & servatis respective habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Januarii 1672. Pontificatus nostri Anno Secundo.

I. G. Slusius.

Registrata in lib. Brevium mensis Januarii fol. 1. parte utraque.

Confirmatio Decretorum Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium favore totius Ordinis Minorum observantium S. Francisci circa elemosynas funerales, & funera Defunctorum, qui in eorum Ecclesiis sepulturam elegerint, scilicet, quod Parochi ab hæredibus dd. Defunctorum majorem elemosynam petere nequeant, quam percepissent, si in eorum Parochiali, vel alia Sæculari Ecclesia sepeliri voluissent, & quod tali casu functiones super Cadaveribus ad ipsos Regulares, non autem Parochos pertineant.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte tunc existentis Commissarii Curie Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de observantia nuncupatorum, Congregationi tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum supplicato, ut prohiberetur Parochis, & Clericis Terræ de Geverano Brundisinae Diocesis, omnibusque aliis Parochis, & Presbyteris, ne auderent accipere majorem elemosynam pro Defunctis, qui sepelirentur in Ecclesiis dd. Fratrum, quam accipiebant pro iis qui in ipsorum Parochorum, seu Presbyterorum Sæcularium Ecclesiis sepeliebantur: Emanavit die 7. Decembris 1640. ab eadem Congregatione Decretum tenoris sequentis, videlicet -- *Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad tollendas indebitas exactiōnes, quæ, ut proponitur, in tumulandis Defunctorum corporibus fieri solent, censuit injungendum prout præsentis Decreti tenore injunxit Archiepiscopo Brundisino, cæterisque locorum Ordinariis, ne permittant, ut Parochi, aliique de Clero Sæculari majorem posthac elemosynam sibi attribui faciant ab hæredibus Defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium prædictorum sepulturam sibi elegerint, quam percipere possent, si in Parochiali, seu alia ipsius Cleri Sæcularis Ecclesia sepeliri voluissent, contrariis quibuscumque non obstantibus &c. Romæ die 7. Decembris 1640. -- Ita reperitur in regesto authographo Sac. Congregationis negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ. In quorum fidem &c. Romæ 31. Dec. 1671.*

C. d. V. Archiep. Athenar.

§. 1. Et subinde cum tunc existentes Fratres Provinciæ Dalmatiæ prædicti Ordinis Congregationi præfata exposuissent, functiones funerales Defunctorum, quorum Cadavera in eorum Ecclesiis sepulturæ mandarentur, facere, ad eos, non ad Parochos spectare. Congregatio præfata die 31. Augusti 1657. aliud Decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet -- *Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, juxta alias resoluta censuit, functiones funeralium super cadavera Defunctorum, quæ in Ecclesiis Regularium contigit sepeliri, postquam ad easdem Ecclesias pervenerint, ad ipsos Regulares, non ad Parochos pertinere, ac proinde ita in Oratorum Ecclesiis circa præmissa servandum esse, prout servari mandat, & precipit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Rom. die 31. Aug. 1657. -- Ita reperitur in Regesto authographo Sac. Congregationis negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ. In quorum fidem &c. Romæ 31. Decembris 1671.*

C. de V. Archiep. Athenar. &c.

§. 2. Cum

XXIV.
Hæc constit.
hic repetita
est, quod
amplior sit
contenta in
Tomo VI.
fol. 382.

Nunc pri-
mum impres-
sa.

Decretum
S. Congrega-
tionis Episc.
& Regular.
edit. die 7.
Dec. 1640.

Aliud Decre-
tum ejusdem
Sac. Congrega-
tionis die
31. Augusti
1657.

Preces Procuratoris Generalis Ordinis Minorum S. Francisci.

§. 2. Cum autem, sicut pro parte dilecti filii Francisci Mariæ a Castro S. Petri de Boponia Procuratoris Generalis Ordinis præfati Nobis nuper expositum fuit, ipsa Decreta hujusmodi pro firmiori illorum subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ Patrocinio communiri, summopere desideret: Nos specialem ipsi Francisco Mariæ Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis humiliter super hoc porrectis inclinati, Decreta præinserta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Abolutio à Censuris.

DD. Decretorum Confirmatio Apostolica.

Decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

Edit. 18. Jan. 1672.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Januarii 1672. Pontificatus nostri Anno Secundo.

I. G. Slusius.

Registrata in lib. Brevium Mensis Januarii Parte utraque fol. 145.

XXV. Die 18. Jan. 1672. An. 2.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium favore Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Provinciarum Hispaniæ super facultate eligendi Conservatores, non designatos in Synodo Diocesana in Civitatibus, & Diocesis in quibus nulli sunt Judices Synodales.

Nunc primum edita.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Nuper pro parte dilecti filii Didaci de Mendibil Commissarii generalis, Curie Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de observantia nuncupatorum Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod in multis Diocesis Regnorum Hispaniæ Synodi a plurimis annis celebratæ non fuerint, nullique proinde ibidem Judices in ejusmodi Synodis deputati reperiantur, quos Fratres Conventuum dicti Ordinis in illis partibus consentientium in conservatores eligere, seu nominare valeant; ipse Didacus Commissarius Generalis plurimum cupiebat facultatem nominandi in Conservatores alias Personas, quæ qualitatibus per Constitutionem fel. rec. Gregorii PP. XV. Prædecessoris nostri de Conservatoribus editam requisitis cæteroque præditæ sint, Fratribus præfatis concedi, quemadmodum alias in similibus casibus à Sede Apostolica concessa fuit: emanavit a præfata Congregatione Decretum tenoris qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentiſſimorum S. R. E. Cardi-

nalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit Oratori dandam infraſcriptam declarationem alias editam sequentis tenoris: Sac. Congregatio &c. censuit Episcopos quamprimum Diocesanam Synodum omnino celebrare teneri: Et interim in Civitatibus, & Diocesis in quibus nulli Judices extant in Concilio Provinciali, aut Diocesano designati, licere Regularibus servata in reliquis forma Constitutionis fel. rec. Gregorii XV. hac de re editæ, Conservatores nominare habentes qualitates a Jure requisitas. Quorum tamen Conservatorum facultas eo ipso expiret, cum primum hujusmodi Synodus celebrata fuerit, in eaque Judices designati extiterint Romæ 4. Decembris 1671. -- F. M. Cardinalis Brancatius -- C. de V. Arch. Athenar.

Decretum S. Congregationis Episcop. & Regular. edit. 4. Dec. 1671.

§. 1. Cum autem sicut pro parte dicti Didaci Nobis subinde expositum fuit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat Apostolicæ confirmationis nostræ Patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Didacum specialibus gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfata Congregationis Cardinalium.

Preces Commissarii Generalis Curie Ord. Minor. Observantia S. Francisci.

Abolutio à Censuris.

Ejusdem Decreti Apostolice confirmatio.

Decretum irritans.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, ac delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogatio.

Edit. 18. Jan. 1672.

§. 3. Non obstantibus præfata Gregorii Prædecessoris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Januar. 1672. Pontificatus nostri anno Secundo.

I. G. Slusius.

Registrata in Secretaria Brevium in lib. Mensis Januarii parte utraque fol. 150.

XXVI.

Facultas Prioris Generalis Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo conferendi Lauream Doctoralem Fratribus Magistris in Collegiis, & studiis sui Ordinis.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Edita A. D. 1672.

Alias fel. rec. Clemens PP. IX. Prædecessor Noster dilecto filio Mattheo Orlando moderno, & pro tempore existenti Priori Generali Ordinis Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo facultatem conferendi Lauream Doctoralem illis Fratribus d. Ordinis, qui ex præcepto Constitutionum Ordinis hujusmodi Magisterio insigniti forent, auctoritate Apostolica concessit. Ita tamen ut illa extra Collegium Salamantinum non nisi in

Clem. IX. facultate concessit Priori Generali Ord. Carmel.